Հայկական գիտահետազոտական հանգույց
Armenian Research & Academic Repository

Սույն աշխատանքն արտոնագրված է «Ստեղծագործական համայնքներ ոչ առևտրային իրավասություն 3.0» արտոնագրով

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonComercial 3.0 Unported (CC BY-NC 3.0) **license.**

Դու կարող ես.

պատճենել և տարածել նյութը ցանկացած ձևաչափով կամ կրիչով

ձևափոխել կամ օգտագործել առկա նյութը ստեղծելու համար նորը

You are free to:

Share — copy and redistribute the material in any medium or format

Adapt — remix, transform, and build upon the material

9385

530

PROFESSIO

ORTHODOXAE FIDEI

AB ORIENTALIBUS FACIENDA

JUSSU SS. D. N.

URBANI PAPAE VIII.

EDITA.

ROMAE

TYPIS S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE

—o—

MDCCCXLVIII.

1308

Դաւանութիւն

Ուղղափառ Հաւատոյ

Սակս Արեւելեան Ազգաց

Սահմանեալ

Ի հրամանէ Տեառն մերոյ Սրբազան

Պապի Ուրբանոսի ութերորդի։

9385

'ի Հռոմ

'ի Տպարանի Տարածութեան Հաւատոյ

1848:

PROFESSIO

ORTHODOXAE FIDEI

AB ORIENTALIBUS FACIENDA.

In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, Amen.

1 Ego

Firma Fide credo, et profiteor omnia et singula, quae continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet:

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium, et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt: qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de Caelis, et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, et sepultus est; et resurrexit tertia die secundum Scripturas; et

Դաւանութիւն

Ուղղափառ Հաւատոյ

Սակս Արեւելեան Ազգաց:

Յանուն Հօր և Որդւոյ և Հոգւոյն սրբոյ. Ամէն:

ա. Ես

Հաստատուն հաւատով հաւատամ և դաւանիմ զամենայն և մի առ մի զպարունակեալսն ՚ի հանգանակին հաւատոյ, որով վարի Ս՟ Եկեղեցին Հռովմէական. այս է՝

Հաւատամ ՚ի մի Ած Հայր Ամենակալ, յարարիչն երկնի և երկրի, ամ՟ երեւելեաց և աներեւութից: Եւ ՚ի մի Տր՟ Յս՟ Քս՟ Որդին Այ Միածին, և ՚ի Հօրէ ծնեալ՟ նախ քան զամ՟ յաւիտեանս, Ած յԱյ, լոյս ՚ի լուսոյ. Ած ճշմարիտ յԱյ ճշմարտէ ծնունդ և ոչ արարած, համագոյակից Հօր՝ որով ամ՟ ինչ եղև: Որ յաղագս մեր մարդկան և վս՟ մերոյ փրկութե՟ իջեալ՟ յերկնից՝ մարմնացաւ Հոգւով Սրբով ՚ի Մարիամայ կուսէն, և մարդացաւ: Եւ ՚ի խաչ ելեալ՟ վս՟ մեր առ Պոնտացւով Պիղատոսիւ՝ չարչարեցաւ և թաղեցաւ և յարեաւ յաւուր երրորդի ըստ գրոց, և

ascendit in Coelum, sedet ad dexteram Patri: et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos, cujus Regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, et vivificantem; qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam, et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum; et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi saeculi. Amen.

2. Veneror etiam et suscipio universales Synodos, prout sequitur, videlicet:

Nicaenam Primam: et profiteor quod in ea contra Arium damnatae memoriae, definitum est; Dominum Jesum Christum esse Filium Dei ex Patre natum unigenitum, idest, ex substantia Patris, natum, non factum, consubstantialem Patri: atque impias illas voces recte in eadem Synodo damnatas esse: Quod aliquando non fuerit, aut quod factus sit ex iis, quae non sunt, aut ex alia substantia, vel essentia, aut quod sit mutabilis, vel convertibilis Filius Dei.

3. Constantinopolitanam Primam, Secundam in ordine, et profiteor quod in ea contra Macedonium damnatae memoriae, definitum est: Spiritum Sanctum non esse servum, sed Dominum; non creaturam, sed Deum, ac unam habentem cum Patre, et Filio Deitatem.

ելեալ յերկինս՝ նստի ընդ աջմէ Հօր, և միւսան-գամ գալոց է փառօք ՚ի դատել զկենդանիս և զմեռեալս, որոյ թագաւորութեանն ոչ գոյ վախճան: Եւ ՚ի ս՟բ Հոգին Տէր և կենդա-նարար, որ ՚ի Հօրէ և յՈրդւոյ բղխի, որ ընդ Հօր և ընդ Որդւոյ ՚ի միասին երկրպագի և փառաւորի, որ խօսեցաւ մարգարէիւք: Եւ ՚ի մի ս՟բ կաթողիկէ և առաքելական եկե-ղեցի: Խոստովանիմ՝ զմի մկրտութիւն ՚ի թողութ՟ն մեղաց, և ակնունիմ՝ յարութեան մեռելոց. և կենաց հանդերձելոյ յաւիտենից. ամէն:

Է. Եւ ես յարգեմ՝ և ընդունիմ՝ զտիե-զերական ժողովսն նշանակեալսն ՚ի կարգիս. այսինքն՝

Զնիկիոյ առաջինն, և դաւանիմ՝ զոր ՚ի նմ ընդդէմ դատապարտեալն Արիոսի սահմանեցաւ, թէ Տէր Յ՟ս Ք՟ս է Որդի Ա՟յ ՚ի Հօրէ ծնեալ Միածին. այսինքն է ՚ի գոյութէ Հօր. ծնունդ և ոչ արարած. համագոյակից Հօր. և թէ յիրաւի դատապարտեցան ՚ի ժողովն անդ այս ամբարիշտ ձայնք, թէ էր երբեմն յորժամ՝ ոչ էր, կամ՝ թէ յոչէից եղեալ եցէ, կամ՝ յայլմէ էութէ կամ՝ ՚ի գոյութէ կամ՝ թէ փոփոխելի և կամ՝ այլայլելի եցէ Որդին Ա՟յ:

Ը. Զկոստանդնուպօլսոյ առաջինն, ըստ կարգի երկրորդ. և դաւանիմ՝ զոր ՚ի նմ ընդդէմ դատապարտեալն Մակեդոնի սահմանե-ցաւ, թէ Հոգին ս՟բ ոչ է ծառայ, այլ Տէր. ոչ արարած՝ այլ Ա՟ծ. մի Ա՟ծու-թիւն ունելով ընդ Հօր և ընդ Որդւոյ:

4. Ephesinam Primam, Tertiam in ordine, et profiteor quod in ea contra Nestorium damnatae memoriae, definitum est: Divinitatem et humanitatem ineffabili et incomprehensibili unione in una persona Filii Dei, unum nobis Jesum Christum constituisse; eaque de causa Beatissimam Virginem vere esse Dei genitricem.

5. Chalcedonensem, Quartam in ordine, et profiteor quod in ea contra Eutychen, et Dioscorum, ambos damnatae memoriae, definitum est: Unum, eumdemque Filium Dei, Dominum nostrum Jesum Christum, perfectum esse in Deitate, et perfectum in humanitate, Deum verum, et hominem verum ex anima rationali, et corpore, consubstantialem Patri secundum Deitatem, et eundem consubstantialem nobis secundum humanitatem; per omnia nobis similem absque peccato, ante saecula quidem de Patre genitum secundum Deitatem, in novissimis autem diebus eundem propter nos, et propter nostram salutem, ex Maria Virgine Dei Genitrice secundum humanitatem, unum, eundemque Christum Filium Dominum unigenitum, in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter unitionem, magisque salva proprietate utriusque naturae, et in unam personam atque substantiam concurrente, non in duas personas partitum aut divisum, sed unum, eundemque Filium, et unigenitum, Deum Verbum Dominum Jesum Christum.

Դ. Զեփեսոսի զառաջինն, ըստ կարգի երրորդ, և դաւանիմ զոր 'ի նմ՟ ընդդէմ դատապարտն Նեստորի սահմանեցաւ, թէ Ա՟ծութե և Մարդկութեան անճառ և անհաս միաւորութ՟բ 'ի միում անձին Որդւոյն Ա՟յ զմի Յ՟ս Ք՟ս մեզ կացուցին, վ՟ն Ամենօրհնեալ կոյսն ճշմարտապէս է Ա՟ծածին:

Ե. Զքաղկեդոնին, ըստ կարգի չորրորդն, և դաւանիմ զոր 'ի նմ՟ ընդդէմ երկուց դատապարտեցն՝ Եւտիքեայ և Դիոսկորոսի սահմանեցաւ, թէ մի և նոյն Որդին Ա՟յ Տ՟ր մեր Յ՟ս Ք՟ս է կատարեալ յԱ՟ծութե և կատարեալ 'ի մարդկութե. Ա՟ծ ճշմարիտ, և մարդ ճշմարիտ 'ի հոգւոյ բանականէ և 'ի մարմնոյ, համագոյակից Հօր ըստ Ա՟ծութե, և նոյն ինքն համագոյակից մեզ ըստ մարդկութե, ըստ ամենայնի նման մեզ բաց 'ի մեղաց, յառաջ քան զյաւիտեանս 'ի Հօրէ ծնեալ ըստ Ա՟ծութե, և յաւուրս յետինս նոյն ինքն յաղագս մեր և վ՟ն մերոյ փրկութե 'ի Մարիամայ Ա՟ծածնէ կուսէն ըստ մարդկութե, մի և նոյն Ք՟ս, Միածին Որդի Ա՟յ յերկուս բնութիս անշփոթ, անփոփոխելի, անբաժանելի անանջատելի ծանուցեալ, ոչ երբէք բարձեալ տարբերութե բնութեց վ՟ն միաւորութե, այլ առաւել պահեալ յատկութե երկաքանչիւր բնութեան, և 'ի միում անձին և յենթակայութե միաւորեալ՝ ոչ յերկուս անձինս որոշեալ և բաժանեալ, այլ մի և նոյն Որդի և Միածին Բանն Ա՟ծ՝ Տ՟ր Յ՟ս Ք՟ս:

6. Item, ejusdem Domini nostri Jesu Christi Divinitatem, secundum quam consubstantialis est Patri et Spiritui Sancto, impassibilem esse et immortalem: eundem autem crucifixum, et mortuum tantummodo secundum carnem, ut pariter definitum est in dicta Synodo, et in Epistola S. Leonis Romani Pontificis, cujus ore B. Petrum Apostolum locutum esse, Patres in eadem Synodo acclamaverunt: per quam definitionem damnatur impia haeresis illorum, qui Trisagio ab Angelis tradito, et in praefata Chalcedonensi Synodo decantato, Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis miserere nobis; addebant, Qui crucifixus es pro nobis, atque adeo Divinam naturam trium personarum passibilem asserebant et mortalem

7. Constantinopolitanam Secundam, Quintam in ordine, in qua praefatae Chalcedonensis Synodi definitio renovata est.

8. Constantinopolitanam Tertiam, Sextam in ordine: et profiteor quod in ea contra Monothelitas diffinitum est: In uno eodemque Domino Nostro Jesu Christo duas esse naturales voluntates, et duas naturales operationes, indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse: et humanam ejus voluntatem non contrariam, sed subjectam Divinae ejus atque omnipotenti voluntati.

9. Nicaenam Secundam, Septimam in ordine:

Դ. Պրճէ թէ նորին Տն մերոյ Յսի Քսի Ածուէն ըստ որում համագոյական է Հօր և Հոգւոյն Սրբոյ՝ է անչարչարելի և անմահ, այլ նա մինչ խաչեցաւ և մեռաւ ըստ մարմնոյ և եթ, ըստ որում նոյնօրինակ սահմանեալ կայ ՚ի նմին ժողովի, և ՚ի նամակն Սրբոյն Լևոնի Հռովմայ Հայրապետի, յորոյ բերանոյ Երանելի Առաքեալն Պետրոս բարբառեցաւ, որպէս վերաձայնեցին Հարք ՚ի ժողովին անդ, որով սահմանադրութբ դասապարտի ամբարիշտ հերձուածողութիւն այնոցիկ, որք յերեքսրբեանն հրեշտակային՝ որ նուագեցաւն ՚ի նախասացեալ ժողովն Քաղկեդոնի. Սբ Ած, սբ հզօր, սբ անմահ, ողորմեա մեզ. յաւելուին՝ որ խաչեցար վն մեր, և այնպէս զԱծային զբնութին երից անձանց չարչարելի համարէին և մահկանացու:

Ե. Զկոստանդնուպոլսոյ երկրորդն՝ ըստ կարգի հինգերորդ, յորում նորոգեցաւ սահմանադրութիւն նախասացեալ ժողովյն Քաղկեդոնի:

Զ. Զկոստանդնուպոլսոյ երրորդն ըստ կարգի վեցերորդ, և դաւանիմ զոր ՚ի նմ ընդդէմ Միակամողութեանց սահմանեցաւ, թէ ՚ի մի և ՚ի նոյն Տր մեր Յս Քս կրկին են բնաւորական կամք, և կրկին բնաւորական ներգործութիւնք, անորոշելի, անփոփոխելի, անբաժանելի, անշփոթելի, և թէ մարդկային կամք նր ոչ է հակառակ, այլ հպատակ ածային և ամենազօր կամաց նր:

Է. Զնիկիոյ երկրորդն, ըստ կարգի եօթ֊

5030

et profiteor quod in ea contra Iconoclastas diffinitum est: Imagines Christi, ac Deiparae Virginis, necnon aliorum Sanctorum, habendas, et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam.

10. Constantinopolitanam Quartam, Octavam, in ordine: et profiteor, in eo Photium merito fuisse damnatum; et Sanctum Ignatium Patriarcham restitutum.

11. Venereor etiam, et suscipio omnes alias Universales Synodos, auctoritate Romani Pontificis legitime celebratas, et confirmatas, et praesertim Florentinam Synodum, et profiteor quae in ea definita sunt, videlicet:

12. Quod Spiritus Sanctus ex Patre et Filio aeternaliter est, et essentiam suam suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio, et ex utroque aeternaliter, tamquam ab uno principio, et unica spiratione procedit.

13. Item, dictionem illam (Filioque) veritatis declarandae gratia, et imminente necessitate, licite, ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam.

14. Item, in azymo sive fermentato pane triticeo Corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in altero ipsum Domini Corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suae Ecclesiae sive Occidentalis sive Orientalis consuetudinem.

ներորդն , և դաւանիմ զոր 'ի նմ ընդդէմ Պատկերամարտիցն սահմանեցաւ , թէ զպատկերս Քի և Ածածին կուսին և այլոց սբց արժան է ունել և պահել և ընծայել նոցա զպարտուպատշաճ պատիւ և զյարգութն :

Ժ. Զկոստանդնուպօլսոյ չորրորդն , ըստ կարգի ութերորդ , և դաւանիմ , զի անդ Փոտիոս իրաւամբք դատապարտեցաւ և սբն Իգնատիոս Պատրիարգ վերստին հաստատեցաւ յաթոռ իւր :

Ժա. Նև ևս մեծարեմ պատուեմ և ընդունիմ զայլ ամ տիեզերական ժողովս օրինաւորս հանդիպեցեալս և հաստատեալս իշխանութե Հռովմայ Հայրապետին , և մանաւանդ զՓլորենտեան Սիւնհոդոսն , և դաւանիմ զորս միանգամ 'ի նմին սահմանեցան , այսինքն՝

Ժբ. Թէ Հոգին Սբ 'ի յաւիտենից է 'ի Հօրէ և յՈրդւոյ , և զէութիւն իւր և զգոյութի ունի 'ի Հօրէ և յՈրդւոյ միանգամայն , և յերկոցունց մշտնջենաւորապէս որպէս 'ի միոջէ սկզբնէ և միով փչմամբ բղխի :

Ժգ. Նև թէ ասացուածն այն (և յՈրդւոյ) 'ի պատճառս բացայայտութե ճշմարտութե և ըստ սաստկելոյ հարկին օրինօք և բանաւորապէս յաւելաւ 'ի հանգանակ անդր :

Ժդ. Նև թէ բաղարջ կամ խմորեալ հացիւ ցորենոյ ճշմարտապէս կատարի մարմին Քի , և քահանայք միովն կամ միւսովն յայսցանէ պարտին կատարել զնոյն մարմին Տն , իւրաքանչիւր ըստ սովորութեան եկեղեց-

15. Item, si vere poenitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas poenis purgatoriis post mortem purgari, et ut a poenis hujusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, et eleemosynas, et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundum Ecclesiae instituta: illorumque animas, qui post baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quae post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus vel eisdem exutae, sunt purgatae, in caelum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum Trinum et unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate, alium alio perfectius: illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas.

16. Item, sanctam Apostolicam Sedem, et Romanum Pontificem in universum Orbem tenere primatum, et ipsum Pontificem Romanum successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, et verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiae

ւոյ իւրոյ որ արեւմտեան եւ որ արեւելեան ։

ԺԵ. Եւ դարձեալ եթէ ճշմարտապէս ապաշխարողքն վախճանեսցին 'ի սէր Ա՟Յ, մինչչեւ վճարեալ իցեն արժանաւոր պտղովք ապաշխարութե՟ զհատուցումն մեղաց եւ զանցառութեց, հոգիք նո՟ց յետ մահու մաքրին պատժովք քաւարանին, եւ առ 'ի թեթեւանալ 'ի պատժոց անտի՝ օգտեն նո՟ց օժանդակութի՟ք հաւատացելոց կենդանեաց, ո՟պ նուէր Պատարագաց, աղօթք եւ ողորմութի՟ք եւ այլ գործք բարեպաշտականք, զորս հաւատացե՟լք վա՟ այլոց հաւատացելոց սովոր են առնել ըստ սահմանադրութեանց եկեղեցւոյ ։ Եւ հոգիք այնոցիկ՝ որք յետ ընդունելոյ զմկըրտութիւն՝ ոչինչ ամենեւին արատ մեղաց յինքեանս ձգեալ իցեն, ո՟պ եւ նոքա՝ որք յետ ձգելոյ զարատս մեղաց՝ մաքրեալ իցեն, կամ 'ի մարմնի աստ կա՟ յետ ելից 'ի մարմնոյ, իսկ եւ իսկ յերկինս ընկալեալ լինին, եւ դէմ յանդիման պայծառ տեսանեն զնոյն ինքն զԱ՟Ծ երրեակ եւ զմին, ո՟պ եւ է՟ն. այլ ըստ զանազանու՟ե արդեանց մի քան զմի կատարելագոյն ։ Իսկ հոգիք նո՟ց որք մեռանին 'ի ներգործական մահուչափ մեղս, կա՟ 'ի սկզբնականն եւեթ, իսկ-եւսկ 'ի դժոխս 'ի ջանեն, բայց անհաւասար պատժովք պատուհասին ։

ԺԶ. Եւ թէ ս՟բ Գահն Առաքելական եւ Քահանայապետն Հռովմայ ընդ-հանուր տիեզերս ունի զգլխաւորութիւն. եւ նա ինքն Հռովմայ Հայրապետն է յաջորդ երանելւոյն Պետրոսի Առաքելապետի, եւ ճշմարիտ փո-

caput, et omnium Christianorum patrem ac doctorem existere, et ipsi in Beato Petro pascendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam (ut eadem Florentina Synodus asserit) in gestis oecumenicorum Conciliorum, et in sacris Canonibus continentur.

17. Item, legalia Veteris Testamenti, seu Mosaycae legis caeremonias, sacra, sacrificia, et sacramenta, Domino Nostro Jesu Christo adveniente, cessasse; et post promulgatum Evangelium, sine peccato observari non posse. Ejusdem etiam Legis Veteris ciborum mundorum et immundorum differentiam ad caeremonialia pertinere, quae, surgente Evangelio, transierunt.

18. Illam etiam Apostolorum prohibitionem, ab immolatis simulacrorum, et sanguine, et suffocato, illi tempori congruisse, ut inter Judaeos et Gentiles dissensionis materia tolleretur, cujus Apostolicae prohibitionis causa cessante, etiam cessavit effectus.

19. Pariter veneror, et suscipio Tridentinam Synodum, et profiteor quae in ea definita et declarata sunt; et praesertim, offerri Deo in Missa verum, proprium, et propitiatorium Sacrificium pro vivis, et defunctis; atque in Sanctissimo Eucharistiae Sacramento (juxta fidem, quae

խանորդ Քսի, և գլուխ համօրէն եկեղեց-
ւոյ, և հայր և վարդապետ ամ քրիստո-
նէից, և նմ յանձին երանելւոյն Պետրոսի
աւանդեալ է 'ի Տնէ մերմէ Յսէ Քսէ
լիակատար իշխանութիւն հովուելոյ, ուղ-
ղելոյ և կառավարելոյ զընդհանուր եկեղեցի,
որպ և 'ի գործս տիեզերական ժողովոց և 'ի
սուրբ կանոնս պարունակի, ըստ ասելոյ Փլո-
րենտեան Սիւնհոդոսին:

ԺԷ. Իսկ թէ օրինակաւ հնոյ կտակի, կմ
արարողութք Մովսիսական օրինաց, սրբու-
թիւնք, զոհք և խորհուրդք դադարեցան 'ի
գալստեան Տն մերոյ Յսի Քսի, և յետ
հրատարակելոյ Աւետարանին՝ չէ մարթ
պահել զայնոսիկ՝ առանց մեղաց: Իսկ եւս
խտրութք կերակրոց՝ սրբոց և անսրբոց հին
օրինաց վերաբերին առ արարողականս՝ որք
անհետ եղեն 'ի ծագել Աւետարանին:

ԺԸ. Իսկ ևս այն արգելումն Առաքելոց
'ի զոհելոց անտի կռոց, և յարենէ և 'ի
հեղձուցելոյ՝ 'ի դէպ գոյին այնմ ժմկի, որպ
զի բարձցի 'ի միջոյ ատելութ երկպառակութե՝
որ ընդ հրէայս և ընդ հեթանոսս. արդ՝ 'ի դա-
դարել պատճառի Առաքելական արգելմանդ
այդորիկ դադարեաց և գործն:

ԺԹ. Նմանապէս յարգեմ և ընդունիմ
զՏրիտենդեան Սիւնհոդոսն, և դաւանիմ
որ ինչ 'ի նմին սահմանեցան և բացատրեցան,
և մանաւանդ զայն. թէ 'ի պատարագի մա-
տուցանի Այ ճշմարիտ իսկական՝ և քաւա-
կան զոհ վս կենդանեաց և ննջեցելոց, և

9385

semper in Ecclesia Dei fuit) contineri vere, realiter, et substantialiter Corpus, et Sanguinem, una cum Anima, et Divinitatem Domini Nostri Jesu Christi, ac proinde totum Christum, fierique conversionem totius substantiae panis in Corpus, et totius substantiae vini in Sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia aptissime transubstantiationem appellat, et singulis cujusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri.

20. Item, septem esse Novae Legis sacramenta a Christo Domino nostro instituta ad salutem humani generis, quamvis non omnia singulis necessaria, videlicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, et Matrimonium, illaque gratiam conferre; et ex his Baptismum, Confirmationem, et Ordinem iterari non posse.

21. Item, Baptismum esse necessarium ad salutem; ac proinde si mortis periculum immineat, mox sine ulla dilatione conferendum esse: et a quocumque, et quandocumque sub debita materia, forma, et intentione collatum, esse validum.

22. Item Sacramenti Matrimonii vinculum indissolubile esse: et quamvis propter adulterium,

թէ յԱ. մենամբ խորհուրդն հաղորդութեան՝ (ըստ հաւատոյն, զոր միշտ հաստատուն կալաւ եկեղեցին Ս. Հ)՝ պարունակի ճշմարտապէս, իրապէս և գոյացապէս մարմին և արիւն համդերձ հոգւոյն և Ա՟ծութբ՟ն Տ՟ն մերոյ Յ՟ի Ք՟ի՝ ուստի բովանդակ Ք՟ս. և լինի փոխարկումն բովանդակ գոյացութեան հացին՝ ՚ի մարմին, և բովանդակ գոյացութե՟ գինւոյ՝ յարիւն, և զայս փոխարկութի՟ Կաթողիկէ Եկեղեցի՝ պատշաճապէս կոչէ գոյացափոխութիւն. և ըստ իւրաքանչիւր տեսակաց, և ըստ ամ՟ բաժանել՟ մասամբք նոցին տեսակաց բոլոր Ք՟ս պարունակի։

Է. Նա և՝ թէ եօթն են խորհուրդք նորոյ օրինացս ՚ի Ք՟է Տ՟նէ մերմէ սահմանեալք ՚ի փրկութիւն ազգի մարդկան, թէպէտև չիցեն ամենեքին իւրաքանչիւրոցն հարկաւորք. այսինքն՝ մկրտութիւն, դրոշմ, հաղորդութի՟, ապաշխարութի՟, վերջին օծումն, կարգ, և պսակ, և սոքա տան զշնորհս. և ՚ի սոցանէ զմկրտութիւն, զդրոշմ և զկարգ անմարթ է կրկնել։

Ը. Նա թէ մկրտութիւնն է հարկաւոր առ ՚ի փրկութիւն, նմին իրի եթէ վտանգ մահու կայցէ մօտալուտ, իսկոյն անյապաղ պարտ է մատակարարել զմկրտութիւնն, և է վաւեր, եթէ կարևոր նիւթով՝ ձևով և դիտաւորութեամբ մատակարարեսցի՝ յումեք և երբ և իցէ։

Թ. Նա դարձեալ՝ թէ կապն խորհրդոյ պսակին է անլուծանելի, և թէպէտև հնար

haeresim, aut alias causas possit inter conjuges thori, et cohabitationis separatio fieri; non tamen illis aliud Matrimonium contrahere fas esse.

23. Item, Apostolicas, et Ecclesiasticas traditiones suscipiendas esse, et venerandas.

24. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo Ecclesiae relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse.

25. Pariter, quae de peccato originali, de Justificatione, de sacrorum librorum tam Veteris, quam Novi Testamenti indice et interpretatione in praedicta Tridentina Synodo definita sunt, suscipio, et profiteor.

26. Caetera item omnia suscipio, et profiteor, quae recipit, et profitetur Sancta Romana Ecclesia, simulque contraria omnia, et schismata, et haereses ab eadem Ecclesia damnatas, rejectas, et anathematizatas, ego pariter damno, reiicio, et anathematizo.

27. Insuper Romano Pontifici, Beati Petri Principis Apostolorum successori, ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac juro.

28. Hanc fidem Catholicae Ecclesiae, extra quam nemo salvus esse potest, quam in prae-

իցէ բաժանել ամուսնեայն ընդ ամուսնոյն և բնակցութե՟ վ՟ս շնութեան և հերետիկոսութեան, և կամ՝ վ՟ս այլ ինչ պատճառաց, բայց չէ՛ օրէն նոցա յայլ ամուսնութիւն անցանել:

ի՟գ. Նա և թէ զԱռաքելական և զԵկեղեցական աւանդութիւնս պարտ է ընդունել և յարգել:

ի՟դ. Նա և թէ իշխանութիւն ներողութեանց շնորհեալ է Եկեղեցւոյ ՚ի Քս՟է, և կիրառութիւն նոցին կարի փրկաւէտ է ք՟նական ժողովրդեան:

ի՟ե. Նմանապէս՝ զոր ինչ միանգամ՝ յաղագս սկզբնական մեղաց, յաղագս արդարացուցման, և յաղագս ցուցակի ս՟ր գրոց հին և նոր կտակարանաց, և մեկնութեան նոցին սահմանեալ են ՚ի նախասացեալ ժողովս Տրիտենդեան՝ ընդունիմ և դաւանիմ:

ի՟զ. Նա և զայլ ամենայն ինչ ընդունիմ և դաւանիմ, զոր ինչ ընդունի և դաւանի ս՟բ Եկեղեցին հռովմէական, որպէս և զամ՟ հակառակս, և զհերձուածս, և զհերետիկոսութիւնս զառ ՚ի յեկեղեցւոյ անտի դատապարտեալս, հերքեալս և նզովեալս՝ ես ևս նոյնպ՟ դատապարտեմ, հերքեմ և նզովեմ:

ի՟է. Նաև և Հռովմայ Քահանայապետին յաջորդին երանելոյն Պետրոսի Առաքելապետի, և փոխանորդին Յս՟ի Քս՟ի՝ խոստանամ և երդնում զճշմարիտ հնազանդութիւն:

ի՟ը. Զայս հաւատ կաթողիկէ եկեղեցւոյ, որոյ արտաքոյ ո՛չ ոք կարէ փրկիլ, զոր

senti sponte profiteor, et veraciter teneo, eandem integram, et inviolatam usque ad extremum vitae spiritum constantissime, Deo adjuvante retinere, et confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in meo munere spectabit, teneri, doceri, et praedicari, quantum in me erit, curaturum, ego idem

spondeo, voveo, et juro.

Sic me Deus adjuvet, et haec
sancta Dei Evangelia.

յաժմուս կամաւորապէս դաւանիմ և ճշմարտապէս ունիմ, զնոյն ամբողջ և անարատ մինչև ցյետին շունչ կենացս, ա՟մ հաստատութեամբ, օգնականութեամբն Ա՟յ պահել և խոստովանիլ, եւս և հպատակաց իմոց, կ՟մ որոց խնամք ըստ պաշտաման իմոյ՝ ինձ յանձն իցեն, տալ պահել, ուսուցանել և քարոզել ըստ կարի իմում՝ ջանացայց։ Ես ինքն

խոստանամ, ուխտեմ և երդնում։

Ըստ այսմ օգնական ինձ եղիցի Աստուած եւ սուրբ Աւետարանս Աստուծոյ։